

missæ sunt) actuae Conjugi, quam Licentia-
 tus Martinus ab Herden jam gravidam spem
 Ascanii tibi facere, mihi narravit, salutem
 plur. precor. Spero Illustriss. Principem
 post pascham, redeundi domum copiam fa-
 cturum. Sed tamen ambigo nonnihil, tum
 quoniam multa adhuc peragenda restant,
 tum quia me hic retinere studet. De *μετολι-
 νεσία* tamen nondum ipse constitui: nisi mi-
 hi Heidelbergam admodum arrideat. Deus
 ista moderabitur, cui standum & moriendum
 est. Erit mihi pergratus si tuo more literas
 ad me dabis. Quicquid ad D. Tossanum mi-
 seris probe curabis. Heidelbergam 10. Apri-
 lis 1584. P. S. D. Erastus obiit ultima De-
 cembris, Frater meus Theophilus 26. Sep-
 tembris.

EPISTOLA XXXV.

S Quum Heidelbergam essem revocatus
 (a) ab Illustrissimo Principe ad Theo-
 logicas prælectiones instituendas & histori-
 cas iis adjungendas, animadverti Antagoni-
 stas meos, multa de se gloriose, de me con-
 tumeliose & dixisse & scripsisse: Quid face-
 rem?

(a) Quod factum 1584.